


D. Johann Joachim Bechers
Chymischer Concordanz und Collection
 Neunzehender Theil,
 Handelnd
Von allerhand Calcinationen.



Concordantien der Calcinationen.

I.

De calcinatione Lunæ. Beguini.

Dissolve lunam in aqua forti, & affusione aquæ falsæ præcipitatæ ad fundum Matrati in calcem candidam, quæ frequenti aquæ communis affusione edulcorari debet, & exsiccari. Hujus calcis ℞. unc. un. falsis præparati unc. duas, falsis armon. drach. duas, hæc probe misce in mortario vitreo, deinde reverbera per octiduum. Elicitur postea tinctura cum spiritu vini alcolifato, & circulatur. Conferat Maniæ, & aliis cerebri affectibus.

2.

De calcinatione Solis. Beguini.

Fac amalgama Solis per Cementum repurgati cum sex partibus Mercurii, ut sequitur. Accipe Solem laminatum, quod in minutas particulas forficibus scinde, & in crucibulum mundum inter carbones vivos pone, ut aurum saltem igniatur. Deinde ex alio tigillo Mercurium calefactum super aurum effunde, & bacillo misce, ut incorporentur, tum projice in aquam frigidam, & massam optime lotam trajice per corium, & Mercurium superfluum exprime, ut remaneat massa satis dura, quæ diu teri debet cum duplo sui ponderis falsis præparati in mortario vitreo, ita ut nil de amalgamate appareat. Hoc lotum pone in crucibulum coopertum & lutatum, parvo saltem foramine pervium, & reverbera per diem naturalem. NB. tali tamen cautione in ignis administratione adhibita, ne aurum liquefeat. Hoc facto reperies aurum calcinatum, quum vero cum ☉ in auras evolasse.

Tum aurum iterum amalgama, & per corium trajice, ut supra, & misce cum duplo ponderis sui sulphuris vivi, & optime tere, & pone in scutellam terream vitreatam superfundendo optimum vini spiritum, qui accendi debet. Post cujus deflagrationem, & sulphuris, reperies aurum spongiosum, & valde attenuatum,
 præ-